Vol. I. fol. 207 v°
207 v°

Hic dixit helias dixe peciisti.

Dixitq; heliseus. Obsecro ut fiat duplex sp̄s tuus in me. Qui respondit. Rem difficilem postulasti. Attamen si uidis me quando tollar a te: erit quod petisti. Si autem non uidis: non erit. Cumq; pgerent. & incedentes sermocinarentur ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt utrumq; & ascendit helias per turbinem in celum. Heliseus aut

Hic ascendit helias in commotione quasi in celum et heliseus uidebat & ipse clamabat pat' pat' agitator isrl' cur me dereliquisti

uidebat & clamabat. Pater mi: pater mi: currus isrl̄ & auriga eius. & non uidit eum amplius. Adphenditq; eū uestimenta sua: & scidit illa in duas partes. & leuauit pallium helie: qd ceciderat ei. Reuersusq; stetit super ripam iordanis. & pallio helie quod ceciderat ei percussit aquas: que nō sunt diuise. & dixit. Ubi est deus helie etiam nunc? Percussitq; aquas. & diuise sunt huc atq; illuc. & transijt heliseus. Videntes autem filij pphetarum qui erant in ihericho: de contra dixerunt. Requieuit sp̄s helie sup heliseum. Et uenientes in occursum eius: adorauerunt eum pni in terra. Dixeruntq; illi. Ecce cum seruis tuis sunt quinquaginta uiri fortes. q possunt ire. & querere dn̄m tuum. Ne forte tulerit eum sp̄s dn̄i. & piecerit

Hic transijt p heum in heremo.

Hic Non accepit eum sp̄s dn̄i & piecit illum s' aliq uallem. Hic piecit eum in iordanem aut in uni aliqm montem aut in aliquem collem.

in unum montium: aut in unam uallium. Qui ait. Nolite mittere. Coegeruntq; eum donec adquiesceret. et diceret mittite. & miserunt quinquaginta uiros. Qui cum quesissent trib; dieb; non inuenerunt. reūsi sunt ad eum. At ille habitabat in ihrico. Dixitq; eis. Numquid non dixi uob nolite mittere. Lx.

Dixerunt quoq; uiri ciuitatis ad heliseum. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est. sicut tu ipse dn̄e pspicis. Sȝ aque pessime sunt & tr̄a sterilis. At ille ait. Afferte m uas nouum. & mittite i illud sal. Qd̄ cum adtulissent: egressus ad fontem aquarum misit in eū sal & ait. Hec dicit dn̄s. Sanaui aq̃s has & non erit ultra in eis mors neq; sterilitas. Sanate sunt g̃ aque usq; ad diem hanc. iuxta ūbum helisei quod locutus est. Lxi.

Hic Sed aquas hab; malas que faciunt sine filijs. Hic et mittite in illud salem.

Hic Non erit ex his moriens nec faciens sine filijs

Hic In eum esset in uia pueri paruuli exierunt de ciuitate & ludificabant illum & dicebant ascende calue ascende calue & conuertit se post illos.

Ascendit autem inde bethel. Cumq; ascenderet p uiam. pueri parui

2018 Ministerio de Cultura